vniuersis, tenebit, habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice vtifruetur, ad extrema durante vita sua tempora. post mortem vero eiusdem Nobilis Annae Kosrowska consortis suae, extunc eadem bona supra et infra omnia ad haeredes praefati Nobilis Theodori Popiel mariti sui sine vlla contradictione et impedimento Successorum praefatae Nobilis Annae Kosrowska coniugis suae cum pleno Iure eorundem bonorum praemissorumque omnium deuoluentur.

Vniatycki Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castren Capitan Praemislien Nobilis Joannes Vniatycki [illegible] sanus mente et corpore existens, a [illegible] Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusq propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seme Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Annae Dobranska sui Recognoscentis Consorti legitimae eiusq posteris, Summam Centum sexaginta florenorum polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post eam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Centum sexaginta florenorum Polonicalium ratione certi, veri, [illegible] et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumuis pecun, nec non auri, argenti, clenodiorum, vnionum, margaritarum, vestium vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiae, ac totius supellectilis domesticae, nunc habitae et in post habendae, dedit, dotauit, dotalitiauit, inscripsit, et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat plene. per

per ipsam Nobilem Annam Dobrzanska sui Recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum vniversis ipsorum vtilitatibus, et vsufructibus competentiisque et praerogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quietè et pacificè vtifruendi, ac ad vsus suos et suorum successorum quosuis beneplacitos liberè et effectualiter conuertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diuque in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Turzanska Popielowi Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Helena Turzanska Nobilis Iwanko Turzanski cum Nobili Hala Popielowna consorte ipsius legitima procreata filia Nobilis vero Iwan Terlecki Nanczułowski consors legitima cum eiusdem mariti sui assistentia et vtroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens, à terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competen. recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publicè ac per expressum recognouit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria in se Recognoscen. post fata Matris suae iure naturalis successionis in se deuoluta videlicet Czwiercz Pola iuxta metam infrascripti Donatarij ab vna, ab altera vero parte Nobilis Broszniowska in bonis Villae Popiele et Kotow, Item pięc Prętow Pola Pomiarki dicti nuncupatu in loco na Maworni dicto iacen. ad eandemque Quartam agri spectan., Item tertiam seu portionem Laborum et Obsequiorum Laboriosi Stec Bakirow quantum ad interesse Recognoscentis spectat in Villa Kotow residentem, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, haereditate, tituloque haereditario, atque omnibus et singulis bonorum eorundem vtilitatibus fructibus, prouentibus, redditibus commodis